

1530.

465

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Regi Hungarie
Dalmatie —

102

Serenissime Princeps et Domine frater et
affinis Charissime — Acee primus hoc
mense Decembri Literas maiestatis vestre
datas ultimi Septembris quibus primum
queritur nos alteri partique causam i-
stam haberet non adhasse deinde quod
gentes eius aliunde conducte et prohibite
essent hinc transire et contumelias affere-
re nos susceperamus quidem causa mai-
estatis vestre differentiam hanc cum eius
Serenissimo Rege Ferdinando componendam
si hoc fieri aliquibus honestis mediis po-
tuisset nihilque in ea re opere et impen-
dy nostri paternissimus iudicium vero
decernendi neque vobis utraque pars detu-
lit quod fieri oportebat neque si detulisset
causa tanti momenti adeo cito ut mai-
estas vestra putat cognosci et determinari
potuisset adhaere autem alteri parti mini-
me dignum videbatur cum ut apud u-
tramque faciundo in posterum concordie
fidei

fidem integram conservaremus, tam ne
huius bello tam funesto, quam semper abhor-
ruimus nos miseremus, neque utramque
partem ita meticulosam videbamus ut si
maxime altera adhaesisset altera a-
ceptis suis destitisset. De gentibus vero suis
externis nescimus profecto quid maiestas
vestra queratur quantum neque usus est
quisque in hoc Regno neque si in rerum
natura fuerint compertam habemus. Quod
autem subiunxit, ut si inde Regnum no-
strum aliquid detrimenti patiatur vestram
maiestatem debere esse excuratam, an hoc
scribi ad nos oportuit virtuti & prudentiae
illius expendendum relinquimus. Quae fe-
licissime valeat Beatissimae die natalis
Domini anno Domini Millesimo quin-
gentesimo trigesimo.